

In Nomine S. S. & individua
DISPUTATIO THEO

Primum Articulum A

^{D E} ³
D E O / U
ET TRINO,

QUAM

Divinâ affulgente gratiâ

*In Regiâ Academiâ Aboënsi, placidâ senten-
tiarum Collationi exhibet,*

GEORGIUS C. ALANUS

S. S. Theologiæ Professor,

RESPONDENTE

HENRICO H. Koskmanno,
NÝLANDO, *martii*

In Auditorio Majori ad diem 1. Februarij

ANNO M: DCIII. Haris Conſuetis.

A B O Æ,

Imprimebat Petrus Wald/ Acad. Typ. Anno 1649.

*Majest: Servitori perfideli, olim
i unius Legionis equitum Neo-
stum, maximè strenuo.*

neroso & Nobilissimo,

URICO SIGFRIDI

BERGEL

*Räffis / Mecœnati & Affini
Suo Charissimo.*

U T E T

idus, Animoso, Præstantissimis ac Humanissimis VIRIS,

GEORGIO PETRI DN. ARVIDO ANDRE-

Olandro, Pastori Ecclesiæ Æ, Capiteo fortissimo.

DEI que NeoHelsingf: DN. JOHANNI MATT:

colligitur, vigilantissimo.

*ProPastori in Synodâ im-
pigerrimo, Affini suo Di-
lecto.*


DN. MATTHIÆ Rotho-

*vio, Scholæ NeoHelsingf:
ConRectori solertiss: Præ-
ceptoris suo olim per quam
fideli.*

DN. SAMUELI L. Reu-
*ter / Scholæ Helsingf: Colle-
gæ, ej' demq' Cantus Mode-
ratori diligentissimo, Fratri
& amico indubitato.*

Exercitium hocce Theologicum, dedicat & offert,

H. H. KOSKMANNUS
Neolandus Reth.



D. T. O. M. A. **LOGICA**, 4.
De

DEO UNO ET TRINO
Augustinae
THESIS I.

Quanquam D. Augustino teste, ea est Maje-
statis Divinae amplitudo & dignitas, ut neq; ver-
bis proprie exprimi ullis, neq; cogitatione nostra com-
prehendi queat; cum tamen ea summa nostra sapien-
tia Theologica sit, quae in DEO recte cognoscendo &
rite colendo occupatur, inq; ea salutis nostrae cardo us-
nicè vertatur, ut cognoscamus Patrem esse illum solum
verum DEum, & quem misit JESUM CHRISTUM, Joh:
17,3. nihil obstat, quò minus quid sit DEus, ex verbi i-
psius praescripto inquiramus. Nam ut praecclare Ire-
neus inquit, *Cum impossibile esset, sine DEo discere DEum,*
per verbum suum docet homines, scire DEum, Lib: 4. C.10.

Deo
Christo
Augustinae
Thesis I.

II. Cum itaq; DEO nihil sublimius cogitari possit,
apprimè necessarium est, ut salutarem ejus ex verbo Di-
vino cognitionem, accuratà diligentia acquirere stude-
amus. Sic enim ait **JEHOVA** ne gloriator sapi-
ens in sapientia sua, neq; gloriator potens in potentia
sua, neq; gloriator dives in divitijs suis: Sed in hoc
glorietur, qui gloriatur, se intelligere & cognoscere
me: Me esse JEhovam exercentem benignitatem, jus
& justitiam in terra: Quia istis delector, dictum JE-
hovae, Jer: 9,23,24. petit quoq; David, ut Deus effundat a-

iræ suæ, in eas gentes quæ eum non agno-
verunt: 79, 6.

Hujus proinde Articuli explicationem traditu-
ri, 1. *Modum, quo in DEi notitiam pervenitur*, enarrabimus,
2. *Quid sit DEus tum quoad essentie Unitatem, tum quoad
attributorum varietatem, tum quoad Personarum Trinitatem,*
strictim considerabimus.

IV. Esse aliquem DEum non solum apud Christia-
nos, sed etiam Ethnicos hactenus extra controversiam
fuit positum. Nulla enim gens usquam tam barbara
fuit, quæ DEum esse ignoraverit: hoc saltem quæritur,
undè constet, esse aliquem DEum?

V. Scholastici communiter Triplicem tradunt *Via-*
am sive rationem cognoscendi DEum 1. *Viam Eminen-*
tiam, quando per similitudinem quandam DEO attribui-
mus perfectiones, quæ in creaturis eminent; Ita tamen
ut infinitè perfectiora in Deo intelligantur, ut cum De-
um dicimus bonum, veracem, misericordem &c.

VI. 2. *Viam Causalitatis*, quando concipimus De-
um ut causam primam & principalissimam omnium
rerum. Sic creatorem ex creaturis intelligimus, quia
nihil fit sine causa, & in ordine causarum non datur
progressus in infinitum. Deinde quia nullus effe-
ctus, quales sunt in mundo varij & admirandi, excedit
virtutem suæ causæ. Et hinc est quod ait Paulus; invi-
sibilia Dei inde à condito mundo ex ijs, quæ fecit, men-
te perpenſa pervidentur, Rom: 1, 20. Visibiles enim
creaturæ monstrant invisibilem Creatorem, inquit
Basilio.

VII. 3. *Viam Negationis* sive remotionis, quando à
Deo removètur imperfectiones, quæ in ente creato de-
prehenduntur. Hinc Deo competunt attributa ne-
gativa.

gativa. Conceptus itaq; quos de Deo
mus. alij absoluti sunt; alij Relativi, alij Neg.
ad viam eminentiæ; Isti ad viam causalitatis;
viam negationis pertinent. Notandum tamen cogi-
tationem, quæ triplici hac via acquiritur, potius pertine-
re ad quæstionem quod sit, quàm quid sit DEUS.

VIII. Deinde cognitio Dei alia est Naturalis; alia
Revelata. *Naturalis est, quæ ex fibro & lumine natura est
petita. sive quæ ex libro rationis & libro mundi habetur.* Nat-
uralis dicitur, quia Deus speciali aliqua revelatione e-
um non manifestat, sed oritur ab ipsâ natura tanquam
causa sua immediata & proxima, adeoq; à patefactione
generali per ipsam naturam.

IX. Naturalis hæc Dei notitia est vel congenita, vel
acquisita. *Congenita est, quæ habetur ex Librorationis &
innata sensus Divinitatis inscriptione;* Ita ut actu primo o-
mnium hominum mentibus sit insculptum, Deum ali-
quem esse, eumq; colendum, licet actu secundo ejus
modi notitia sese non semper exerat. Alias *εμφυτη*
& subjectiva dicitur. Hanc dari probatur 1. *Ex no-
titia legis nobiscum nascente.* Rom: 2, 14, 15. Gentes quæ
legem non habent, (sz. per Moſen traditam) naturâ, quæ
legis sunt, faciunt. Ex legem non habentes sibi ipsis
sunt lex: Ostendunt opus legis scriptum in cordibus
suis. Qui ergo naturâ facit ea, quæ legis sunt, eo
quod cordi suo inditam habet legem, is etiam notitiam
legislatoris naturâ sibi insitam habet.

X. 2. *Ex hominum tam bonorum, quàm malorum cons-
scientijs.* Bonos rectè facta beatos in rerum penuria;
Malos flagitia miseros in rerum copiâ reddunt. Hæc
sunt testimonium reddente illis conscientia, & cogita-
tionibus sese mutuò accusantibus, aut etiam defenden-

Paulo Rom: 2, 15. Nant conscientia mala
quid est nisi severi Dei judicij, & pœnarum
meritis promeritarum, cum gravissimo mortu, expe-
ctatio. Conscientia verò bona defendens est laudis &
pœmiorum ob actiones bonas expectatio. Hinc Ci-
cero pro Milone ait: Magna vis est conscientia in utrâ-
què partem, ut neq; timeant, qui nihil commiserint, &
pœnam semper ante oculos versari putent, qui pec-
sarint.

XI. Testis est experientia locupletissimus, pessi-
mos quosq; conscientia stimulis tangi & angere. Hæc
illis diem dicit: Hæc ad Dei subsellia eosdem pertra-
hit. Ipsa accusat, ipsa judicat, ipsa damnat. Eadem
accusator est, eadem testis est, eadem Judex est, eadem
tortor est, eadem carcer est, eadem Carnifex est. No-
ctes & dies, domi & foris, in somno & vigilijs, accusat,
convincit, judicat, condemnat, & cruciat. Hæc ex
principe sicarium, è Rege Carnificem facit. Ipsa na-
tura naturam damnat, non vox magistri, non clamor
hominum. Semper in horum auribus & animis ex-
tant, gravissima sententia: *DEUS* est; *DEUS* videt:
DEUS ultor est: Impunitus non eris. Quicumq; er-
gò conscientiam concedit, concedat necesse habet
hanc cognitionem Dei naturalem. Sed omnes con-
scientiam concedunt. Ergò.

XII. Hæc notitia amissa imaginis divina in mente
reliquia sunt, sunt quasi vestigia quædam, sunt scintilla
lucis illius, quæ in animis protoplastorum fulsit.
Hinc rectè Cicero: Nulla gens est neq; tam imman-
sveta, neq; tam fera, quæ non etsi ignoret, qualem *DE-*
UM habere deceat, tamen habendum sciat. Et Lib: 1. de
Nat *DE*orum: Insitam *DEI*, vel potius innatam co-
gnitio-

gnitionem habemus. Et alibi: Omnibus
& quasi in animo insculptum est, esse Deum. Ca
gruit illud Senecæ Epist: 117. Omnibus de dijs op
insita est, nec ulla gens usquam est adeò extra leges mo
resq; projecta, ut non aliquos Deos credat.

XIII. *Acquisita est, quæ ex Libro mundi & spectabilis
hujus universi inspectione & contemplatione colligitur. Quæ
alias Enarræ, & objectiva dicitur, quia ex objectis
sive rebus creatis, quibus vestigia divinitatis impressa
sunt, oritur.* Hæc item varijs Scripturæ Sacræ dictis
stabiliri potest. Cœli enarrant gloriam DEi fortis.
Et opus manuum ejus indicat expansum eorum. Di
cuntur autem Cœli enarrare DEi gloriam non effectivè,
sed objectivè, Psal: 19, 2. Interroga quæso jumenta &
docebunt te illorum quodq; aut volucrem Cœli & indi
cabit tibi: aut confabulare cum terra, & docebit te:
Etiam enarrabunt tibi pisces maris. Quis non cog
novit ex omnibus illis, manum JEHOVA facere illud,
Job: 12, 7. & seqq. Quod de Deo cognosci potest ma
nifestum est in ipsis, Deus enim eis manifestum fecit.
Sed quomodo? Ipsius enim invisibilia, jam inde à condi
to mundo, ex ijs quæ fecit, mente perpensa pervidentur,
æterna vidz. ejus tum potentia, tum divinitas, ad hoc,
ut sint inexcusabiles, Rom: 1, 19, 20. Confer Act: 14, v. 15
16, 17. C. 17, 23. & seqq. Monstrat hoc apertè excel
lens mundi pulchritudo, certissimus ordo, & rerum om
nium creaturarum ad certos fines destinatio.

XIV. Hæc tamen naturalis Dei notitia est, *1. Im
perfecta*, DEo quidem cultum tribuit, sed cultus speci
em & modum determinare neq; t. Ex hac notitia gentes,
legis saltem, particulam quandam sunt assecuti; volun
tatem verò Dei in Evangelio revelatâ penitus ignorant;

My-

um Trinitatis, incarnationis, & opera DEI, quæ
e dicuntur, nullatenus scire possunt. Quare &
Ad salutem acquirendam nequaquam est sufficiens. 3. In
hac corrupta natura *valde languida est*, adeò ut ob adhæ-
rentis peccati & Sathanæ suggestiones atq; infestatio-
nes sub errorum ac dubitationum cineribus non raro
sopita & quasi sepulta jaceat.

XV. Finis hujus notitiæ est vel *primarius*, vel *secun-
darius*. *Primarius* est duplex 1. Inquisitio veri Dei
qui indicatur Act: 17: 27. 2. Ut hominum vita morum
honestate & externa disciplina regatur, sciantq; homi-
nes discrimen honestorum & turpium, quod apud Eth-
nicos absq; hac notitia naturali fieri nequibat, Matth:
7: 12. *Secundarius* est, ut reddantur homines bene eam
non collocantes *ἀναπολόγητοι*, id est, inexcusabiles, Rom: 1: 20. qui finis ex accidente est, & eventus potius
ob hominum malitiam.

XVI. *Revelata Dei notitia est, quam homines ex patefas
võ Dei verbo assequuntur, seu que colligitur ex libro Scriptur
ra.* Qui certè liber Deum esse demonstrat 1. *In finit
ferè testimonijs*, quæ & Deum esse asserunt, Deiq; tum ef-
sentiam, tum voluntatem nobis patefaciunt. 2. *Appa-
ritionum frequentia.* Apparuit & se sub forma aspecta-
bili conspiciendum præbuit Adamo, Noacho, Abrahamo,
Isaaco, Jacobo, Mosi, &c. 3. *Divinarum actio-
num & stupendorum miraculorum commemoratione.* Ut
sunt universi hujus ex nihilo productio, Gen: 1. Popu-
li Israëlitici ex Ægypto miraculosa liberatio, Exod: 3,
& seqq. Ejusdem per mare rubrum traductio Exod: 14,
21. 4. *Vaticiniorum infallibilium copia & multitudine;*
Utpotè de exhibitione, nativitate, passione, resurrectio-
ne & omni officio Messia, de Evangelij in universum
terra-

terrarum orbem propagatione, de quatuor Monarchiarum serie & successu. Indicate, quæ eventura sint in posterum, ut cognoscamus vos esse DEOS, Esai: 41, 23. Ego tum JEHOVA &c, Priora ecce evenerunt, & nova ego indico, quum non dum exoriuntur, pronuncio vobis Esai 42, 8, 9.

XVII. Hæc DEI cognitio in verbo revelata 1. Est *indubitato verissima & certissima*. Ideoq; de DEO aliter loquendum & sentiendum non est, quam se in verbo manifestavit. 2. Hæc sola *salutaria & salvifica*, naturas liq; notitiæ longissimè præferenda. 3. Hæc *Perfecta* dicitur non absolute, quia in hac vita ex parte tantum cognoscimus, 1. Cor: 13, 9. Sed pro modulo hujus vitæ, & ratione sufficientiæ ad cultum DEO gratum præstandum, & consequendam æternam beatitudinem, 2. Tim: 3, 17. 4. Juxta hanc cognitionem vult DEUS à verè fidelibus invocari, & celebrari, ut hac ratione ab omnibus cognitione Dei salutari destitutis, se segregent & sejungant,

XVIII. Cognitionis diversitate, qua in Dei notitiam pervenitur, proposita & explicata; proximum est, ut quid sit Deus, ex verbi ipsius præscripto inquiramus. Ad Deum quidem accuratè definiendum ipsius DEI Logica opus est. Nam cum sit ens infinitum & incomprehensibile, nostro intellectu finiri & comprehendendi nequit, 1. Tim: 6, 16. Certè hoc est Deus, inquit Hilarius, quod cum dicitur, non potest dici: Cum æstimatur, non potest æstimari: Cum definitur, ipse sua definitione crescit. Cui congruit illud Cypriani: Deus videri non potest, visu clarior est: nec comprehendendi, tactu purior est: nec æstimari, sensu major est: Et ideò sic Deum dignè æstimamus, dum inæstimabilem

dicimus. Ex Scripturis tamen Sacris quid & qualis sit DEUS abundè liquet, quæq; Deo cogitatio tanta est, quanta sufficit ad vitam æternam consequendam.

XL. Et itaq; DEUS essentia spiritualis, simplicissimè una æterna, infinita, verax, justus, misericors, omnipotens, omniprensens &c. Pater æternus, qui de ab æterno genuit filium, & filius imago Patris, & Spiritus sanctus ab utroq; procedens: Creator, conservator, redemptor & sanctificator omnium. Qualem item descriptionem ex primo Articulo Augusti Confessionis elicere possumus, quod videlicet DEUS sit essentia simplicissimè una, æterna, incorporea, impartibilis, immensa potentia, sapientia, bonitate: Creator & conservator omnium rerum visibilium & invisibilium: In qui tantum Tres sunt Personæ, ejus lem essentia & potentia & Coæternæ, Pater, Filius & Spiritus sanctus.

XX. Definiti I. Etymologiam quod concernit, videtur vocabulum DEUS, quod Latini usurpant, à Græco Θεός esse ortum; quod licet quidam velint esse primitivum, alij tamen deducunt à θεός id est, currendo, quod operatione sua efficacissima per omnia currat: alij à nomine θεός, id est, metus, quod sit metuendus & formidabilis, ideoq; metu ad eum colendum homines adducantur; alij αὐτὸ τὸ θεῶν, id est contemplando, quod omnia intueatur & cernat. Omnia quippè nuda & aperta sunt in oculis ejus Heb: 4, 13. Quæ tamen potius allusiones, quàm veræ sunt notationes.

XXI. II. *Synonymiam* statuimus illa Dei nomina comprehendere, quibus seipsum in Sacris literis appellat, quæq; in propositionibus de DEO non prædicati & attributorum, sed subjecti plerunq; habent rationem, quale est in Sancta lingua V.T. nomen י. יהוה, quod DEUS sibi soli, ut maximè proprium vendicat,

Exod:

Exod: 3, 15. Cap: 6, 2. Exod: 15, ꝑ. 3. Esa: 42, 8. Psalmꝰ
 83, ꝑ. ult. Psal: 135, 13. Ose. 12, 6. Significat autem hic
 essentiam talem, 1. quæ per se semper fuit, est & futu-
 ra est, existens & subsistens modo excellentissimo &
 perfectissimo, Apoc: 1, 4, 8. 2. Quæ ut principalissima &
 summa essentia omnibus rebus creatis *εἶναι* & essen-
 tiam communicat, & sine qua reliqua omnia ne ad mo-
 mentum quidem sunt. Esa: 44, 19. Rom: 11, ꝑ. 36. 3.
 Quæ etiam promissionibus suis *εἶναι* esse & comple-
 mentum largitur, ut quæ promissa sunt, revera fiant.
 Ex hoc nomine Dei essentiali divinitas filij suo loco fir-
 missimè demonstratur. 2. Nomen est ΕΗΙΕΗ ΕΡΟ,
 quod itidem Deus ipse sibi tribuit, Exod: 3, 14. Et qui-
 dem in futuro, ut absolutam in essendo perseverantiam
 denotaret. Unde nec id ulli creaturæ competit. Ter-
 tium nomen est ΑΔΟΝΑΙ ab ΑΔΟΝ, quod Dominum si-
 gnificat, & tam DEO, quàm hominibus tribuitur.
 Cum CΑΜΕΤΖ scriptum de DEO usurpatur, ut Exo: 15, 17.
 Quartum est ΕΛΟΑΗ, quod robur & potentiam signi-
 ficat; Congruitq; cum nomine Dei ΕΛ, quod DEUM
 fortem significat. Quintum ΕΛΟΗΙΜ, quod
 frequentissimè verum DEUM notat, & constru-
 ctum cum verbo singulari pluralitatem personarum in
 essentiæ unitate denotat, quamq; cum verbo vel adjecti-
 vo plurali apertius indicat, Gen: 35, 7. Jos: 24, 19.

XXII. *Homonymiam* si spectare velimus, notandum
 vocabulum Dei usurpari 1. de DEO *Θεονομέω*, qui
 DEUS dicitur secundum existimationem hominis.
 Hoc modo venter Epicureorum DEUS vocatur, Phil:
 3, 19. Sic numina fictitia, quæ ab idololatræ pro Dijs
 habentur & coluntur, dij appellantur, Deut: 32, 17. 2.
 De Deo *λεγομένω*, qui alicui est quasi loco Dej. Sic

Angelis Dei legatis & hominibus Dei vicariis in hoc mundo tribuitur improprie & metaphoricè, 1. Cor: 8, 4. Exod. 4, 15. Psal: 82, 6. 3. De DEO *ὁ θεός*, & sic proprie acceptum solum verum Deum aeternum significat, quæ acceptio hujus est loci.

XXIII. Sumitur porro Vocabulum DEUS in postrema hac significatione, ut & reliquæ Dei appellationes, dupliciter 1. *ἑσσιονικάς*, Essentialitè & absolutè, quando essentiam Divinam tribus Personis communem significat, ut Deut: 6, 4. 2. *ἰσσωατικὰς* & Personalitè, quando certam S. S. Trinitatis personam denotat, ut Psal: 45, 7, 8. Sic Jehovæ vox accipitur, Gen: 19, 24. Jer: 23, 5, 6.

XXIV. Definitio realis Triam complectitur membra. 1. *Essentiæ Unitatem*. Dicitur & est DEUS essentia simplicissimè una. Nam essentia divina est non multiplex, sed una, & una non genere aut specie, sed unitate singulari & absolutissima. Unum duplicitè dicitur; Absolutè, vel Relatè. Absolutè unus est, extra quem alius ejusdem essentiæ non est. Relatè unus dicitur, qui sic unus est, ut etiam plures sint in eadem specie. Unus est Deus absolutè & per modum exclusionis, non Relatè & per modum adjectionis, Etenim ita unus est, ut etiam sit solus, & ita solus, ut præter ipsum non possit esse alius.

XXV. Confirmatur Essentiæ Divinæ Unitas 1. *Testimonij Scripturæ* Tribus modis 1. *Simplici affirmatione* ut Deut: 6, 4. Audi Israel, Jehova Deus noster, JEHOVA unus est. Quod à CHRISTO repetitur, Marc: 12, 29. Et Mat: 2, 10. dicitur: Nonne pater unus omnibus nobis est? Nonne Deus fortis unicus creavit nos? Ad Eph: 4, 6, unus est Deus & Pater omnium, 1. Cor: 8, 6.

unus

unus est Deus, Confer: 1. Tim: 2, 5. Rom: 3, 30. Jac: 2, 19. 2. *Simplici negatione*, quando plures esse Deos discrete negat. Ego sum Jehova, illud est nomen meum & gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus, Esa: 42, 8. Agnoscas igitur hodie & revoces in animum tuum, Jehovah Deum ipsum esse in Cœlis supernè, & in terra infernè: nullum amplius esse, Deut: 4, 39. Videte nunc me, meipsum esse, & nullum esse Deum mecum, Deut: 32, 39. Nullus est sanctus ut Jehova, nam nullus est præter te: Et nulla est rupes ut Deus noster, 1. Sam: 2, 2. 3. *Exclusiva enunciatione*, quando ita solus Deus esse pronunciatur, ut præter ipsum nec sit, nec possit esse alius: Ego sum primus & ego ultimus, ac præter me nullus est DEUS, Esa: 44, 6. Recordamini me esse Deum fortem, & nullum præterea Deum esse, & neminem parem mihi, C: 46, 9. Nunc Jehova Deus noster serva nos, ut cognoscant omnia regna terræ, te Jehovah Deum esse solum, 2. Reg: 19, 19. Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, Joh: 17, 3.

XXXVI. *1. o* *Rationibus* hæc essentiæ divinæ unitas firmiter stabiliri potest. 1. Quicumq; est simplicissimus, & planè indivisibilis, is maxime unus est; DEUS est simplicissimus & planè indivisibilis. Ergò maxime unus est. 2. Quicumq; est Rex Regum & Dominus Dominantium, eidem maxime convenit ut solus & sine socio imperet. At Deus est Rex Regum & Dominus Dominantium. Ergò eidem maxime convenit ut solus & sine socio imperet. Major patet, quia si eum socio imperaret, ipsius autoritas & dignitas non esset maxima. Minor est Apostoli, 1. Tim: 6, 15. Apoc: 27, 14. 3. Quodcumq; est immensum & infinitum,

illud unum est. Duo enim infinita, necdum plura actu, simul esse nequeunt. Atqui Deus est immensus & infinitus. Ergò. Firmissima itaq; stat conclusio, Deum essentiã unum esse, & nullatenus plures Deos aternos, qui veram essentiã Divinã habeant, agnoscendos.

ΔXVII, II. *Attributorum Varietatem.* Attributa illa varia, à quibus una illa essentiã divina describitur, non sunt partes essentiãe divinãe, neq; accidentia & qualitates; Sed sunt unum & idem cum essentiã divina & inter se; distinguuntur saltem pro captus nostri modo lo, quia intellectus noster non potest essentiã divinã unicã apprehensione distinctè intelligere, ideoq; ea quã revera idem sunt, distinctè concipit. Deinde ob effectuum ab una & indivisã illa essentiã promanantium diversitatem, à nobis diversimode concipitur.

XXVIII. *Attributa divina alia sunt ἀποφάνεια sive Negativa: Alia κατὰφάνεια sive affirmativa. ἀποφάνεια sive Negativa sunt, quibus significatur, quid DEUS non sit, removendo ab eo omnes imperfectiones. Sic DEUS est 1. Infinitus Partim ratione essentiãe & essentialis perfectionis, quã ut à nullo dependet, ita nullis terminis nullaq; mensura circumscribi & finiri potest. Quo sensu omnia etiam idiomata Dei infinita sunt. Infinita ejus est potentia, sapientia, bonitas, misericordia, teste S. Scriptura: Magnus est Jehova & laudandus nimis, & magnitudinis ejus non est pervestigatio, Psãl: 145. 3. Confer: Job: 11. 8. 9. Partim ratione durationis, quo respectu Æternus dicitur, carens principio & fine existendi omnis successionis & mutationis expertus. Abraham in Beersebeba invocavit nomen JEHovã Dei fortis aterni Gen: 21. 33. Adde 1. Par: 29. 18. Esa: 40. 28.*

Rom: 1, 20. *Partim ratione spacij & loci, sic Immensus* vocatur, quia nullis terminis magnitudinis, nullo spatio & loco claudi & contineri potest. Ecce cœli ipsi & Cœli cœlorum non capiunt te, quanto minus domus hæc, quam ædificavi, inquit sapientissimus Salomo 1. Reg: 8, 27.

XXIX. II. *Incorporeus*, hoc est, spirituali & invisibili natura præditus, qui nullo sensu percipi potest. Docet id S. ra Joh: 4, 24. Deus est spiritus. At nullus spiritus proprie sic dictus est corporeus. Nam Spiritus carnem & ossa non habet, Luc: 24, 39. Membra itaq; corporea, sensus & affectus humani Deo non proprie, sed Metaphorice, & *ἀνὰ ἄνω* tribuuntur, per quandam similitudinem à rebus corporeis petitam, ut nos qui tegumento carnis velut obvelatum tenemus animû, per hæc corporea & humana res spirituales & divinas ex parte cognoscamus. Non membra ipsa, sed virtus in membris latens Deo competit. Oculi DEO tributi ejus omniscientiam, providam curam & contemplationem, significant; aures in exaudiendis precibus promptitudinem exprimunt; nares & odoratus, rem Deo gratam vel ingratam designant; manus & brachia omnipotentiam, robur & fortitudinem indignant: pedes & festinatio Dei auxilium, vindictam non differendam & quamcunq; præsentiam divinam exprimunt. Sic ira & odium est ultio divina; silentium, oblivio & somnus dilatio auxilij vel vindictæ; poenitentia, rerum inopinata mutatio.

XXX. Hinc III. Dei fuit *invisibilitas*. Invisibilia Dei asserit paulus esse, tum æternam ejus potentiam, tum divinitatem Rom: 1, 20. Filius est imago Dei invisibilis ad Coll: 1, 15. Adde 1. Tim: 6, 16. Exod: 33, 20. Et quam-

quamvis Dei facies, id est nuda divinitas à nobis conspicui non possit, conspiciendum tamen se præbuit 1. In apparitionibus, quoad tergum suum & in assumpta forma, Exod: 24, 10. Exod: 33, 23. Gen: 32, 24. 2. In creatis operibus visibilibus Rom: 1, 20. 3. In filio incarnato, 1. Tim: 3, 16. 4. In futura vita, visuri sumus Deum à facie ad faciem, & quidem in carne nostra, Job: 19, 26. Visione intuitiva, non comprehensiva, cum sit infinitus.

XXXI. IV. Impartibilis atq; indivisibilis est Deus, omnis compositionis & divisionis expertus. Nam quicquid est incorporeum, id etiam impartibile est. Deus est incorporeus. Ergò. Idcirco neq; dividi potest. Quicquid enim proprie dividitur, illud est quantum, & quod est quantum, id quoq; corporeum est. 2. Quicumq; est simplicissimus omnem respuens compositionem, is etiam ut partibus caret, ita in partes divisibilis non est. At Deus est simplicissimus, est primus, nihil habens se prius, ex quo componatur. Ergò ut nullo modo est compositus neq; ex actu & potentia, neq; ex subjecto & accidente &c. Ita nec divisionem admittit ullam in partes sive integrales, sive essentielles, sive subjectivas.

XXXII. V. Immutabilis & Immortalis. Deus sui semper est similis, nec tempore, nec nostra malitia mutatur. Immutabilis est Deus tum ratione essentiali, à qua omnis mutatio, motus et successio, incrementum et decrementum, loci mutatio, variatio et passio est remotissima. Quod divino suo ore ipse testatur inquit: Sum qui sum: Ero, qui ero. Exod: 3, 14, 15. Cœli perituri sunt, Tu autem permanes: Illi mutabuntur, Tu verò idem es, Psal: 102, 27, 28. Adde Jac: 1, 17. Tum ratione voluntatis & decretorum, quæ æquè ac ipsa essentia sunt rata, firma.

firma & mutationis expertia: DEUS non est ut homo, ut pœniteat illum, 1. Sam: 15, 29. Ego DEUS & non moror, Mal: 3, 6. Confer. Esa: 46, 10. ardentissimum ergo amorem, quo nos mortales complectitur, nunquam deponit, nunquam mutat. Dilectione perpetua diligo te, Jer: 31, 3.

XXXIII. Κατὰ Πάρεξα sive affirmativa attributa sunt, quibus innuitur quid sit DEUS, tribuendo Deo omnes perfectiones simpliciter, modo eminentissimo. Suntq; ea vel prima, quæ primò ab intellectu concipiuntur, vel orta, de quibus postea. Inter attributa prima occurrit, 1. Bonitas immensa. Solus DEUS est summè bonus, 1. In se, per essentiam & originaliter, Matt: 19, 17. 2. Extra se summam suam bonitatem creaturis communicavit, atq; sic benignitate sive bonitate Dei plena est terra, Psal: 33, 5. Sic multus est benignitate & fide, Exod: 34, 6. Psal: 103, 8. Psal: 25, 8. dives est illa bonitas, Rom: 2, 4. Facit ut sol suus oriatur super improbos ac bonos, Mat: 5, 45.

XXXIV. II Veracitas tribuitur hæc Deo essentialiter, in seipso & absolutè verus est, quatenus ut summum ita & verissimum est ens, non fictam, sed verissimam habens essentiam, Jer: 10, 10. 1. Thess: 1, 9. 1. Joh: 5, 20. 2. Eff: et vè. Sic infallibiliter verax est tum in operibus Psal: 25, 10. tum in verbis & promissis constans & sincerus est, absq; hypocrisis & mendacio, Rom: 3, 4. tum in minis Triumphator in Israël non fallit, 1. Sam: 15, 29. Impossibile est mentiri Deum, Heb: 6, 18. Confer: 2. Tim: 2, 13. Psal: 33, 4. Intelligenda tamen sunt promissiones bonorum cum aliqua crucis exceptione, Marc: 10, 30. 2. Tim: 3, 12. Comminationes malorum, cum penitentia conatione, Ier: 18, 7.

XXXV. III. Iustitia. Summè justus est Deus, 1. In seipso, quatenus nulla in ipso est iniquitas, sed ipse mera

est iustitia & sanctitas. Jehova iustitiam suam non dimittit, Ego verò
& populus meus improbi sumus, Exod: 3. 17. Psal:
116. 2. Psal: 119. §. 142. 2. *Respectu Creaturarum.* Est q;
hæc iustitia vel *Dispositiva.* Is enim q; æquillam non est
rector totius universi, omniaq; sua opera, quæ erga cre-
aturas exercet, ad normam perpetuæ suæ iustitiæ ordi-
nat. Non omnes vult illius ius suat, Deut: 32. 4. Adde 2.
Partis 2. vel *Distributiva*, eaq; vel *Reverentiva*, quibus
bedientes & fideles præmissa ornantur: vel *Punitiva*
quibus non regeri potius efficiuntur.

XXXVI. IV. *Misericordia*, eximentia fluens boni-
tate sive benignitate, Jehova, Jehova, Deus fortis, mise-
ricors & graciosus, Exod: 34. 6. Confer: Luc: 6. 36. Jer:
31. 20. Inter quæ misericordiæ opera maxime elucet
hominis in summa miseria per peccatum lapsi re-
demptio, Rom: 3. 23. 24. Mich: 7. 18. 19.

XXXVII. V. *Omnipotentia*. Ego sum EL SCHAD-
DAI, id est qui sufficientiam & abundantiam omnimo-
dam habeo, nullius ope indigeo, sed per meipsum suffi-
ciens sum ad opem omnibus conferendum, ad prote-
gendum, ad promissa servandum, ad explendos abun-
dantissimè defectus omnium. Gen: 17. 1. Dicitur autem
omnipotens, tum quia omnia, quæ naturæ illius non
repugnant, facere potest; tum quia non eget in-
strumentis in operando, nec mora temporis indi-
get, & sine defatigatione cuncta efficit, Esa: 40. 23. Tum
quia author est omnis potentia in creaturis, Esa: 40. 29.
ad Coll: 1. 11. tum quia facere omnia potest, quæ abso-
lutè sunt possibilis. Hinc Regula est firmissima:
*Quicquid Deus promittit & affirmat, præstare potest, etiamsi id
nobis videatur impossibile, & cum contradictione conjunctum.*
Rom: 4. 21. Ratio subministratur, ad Eph: 3. 20. Cautè
tamen

tamen distingvendum inter potentiam Dei actualē & Absolutam. Non omnia vult Deus facere, quæ potest facere, sed potentia regula voluntas. Vide Matr: 3, 9. C. 26. 33.

XXXVIII. *¶ I. Sapientia infinita.* Sapientia eius non est numerus, Psal: 147, 5. Exseruit eam Deus in creatione & gubernatione universi, præcipuè verò in admirando redemptionis opere, 1. Cor: 2, 7. Ipse fons est sapientia inexhaustus, à quo omnis ad nos derivatur sapientia. Jac: 1, 5. Deus novit omnia 1. Joh: 3, 20. Hic nota, scientiam Dei vel esse *Generalem*; sic omnia nuda & aperta in oculis eius, Heb: 4, 13. vel *specialem*, qua novit, id est, amat, curat, respicit & tuetur eos, qui sunt sui, 2. Tim: 2, 19.

XXXIX. *¶ II. Omnipresentia*, quæ hic non *κατὰ δὲν* consideratur, sed *κατὰ ἐνέργειαν*, id est, quatenus Deus actu ipso omnibus creaturis non tantum substantia & potentia, sed & efficaci sua operatione adest. Quo irem à spiritu tuo? & quo à facie tua fugerem? &c. Ps: 139, 7. & seq. Conf: Jer: 23, 23, 24. Amos 9, 2. & seq. Act: 17, 27, 28. *Circa modum presentia nota.* 1. DEum esse ubiq; non corporea molis diffusionem, non substantia multiplicationem, non commixtionem &c, sed modo spirituali & incomprehensibili. Est super omnia, non elatus, subter omnia, non prostratus, intra omnia, non conclusus, extra omnia, non exclusus. 2. Præsentia Dei est vel *Generalis*, qua omnibus adest rebus creatis, Jer: 23, 24. Et præsentia *Potentia* dicitur. vel *Specialis*, ead; 1. *Gratia*, qua gratiose fidelibus in hac vita adest. Joh: 14, 23. 1. Cor: 6, 19. 2. *Gloria*, qua sanctis in cælo adest. 1. Cor: 15, 8. 3. *Singularis sive Personalis*, ad Coll: 2, 9. 4. *Iustitia sive ira*, nam ubi non est per gratiã, adest per vindictã, ait Greg.

XL. *Orta attributa* sunt, qua juxta umbratilē nostrū

captum ex hactenus enumeratis, atq; conjunctim sum-
ptis pro manare videntur. Ut 1. *Perfectio* summa Matth:
5. 48. Est Deus *Perfectus* 1. *Essentialiter*, quia essentiam ha-
bet perfectissimam, cui nihil quicquam deesse, vel acce-
dere potest & quia nulla re extra se indiget. 2. *Effectivè*
quia omnia opera ejus perfecta, & ijs qui timent Domi-
num, nihil desit, Psal: 34. 10. psal: 73. 25. 2. *Majestas* &
summa gloria. Psal: 145. 5. Heb. 1. 3. Deut: 5. 30. 1. Tim: 17.
3. *Beatitudo* & *felicitas sufficientissima*, quia ab omni defectu
& miseria est liber. Ille beatus & solus princeps, Rex il-
le Regum & Dominus Dominorum, 1. Tim: 6. 15.

XLII. *Ill. Personarum pluralitatem*, de qua piè & scitè
Bernhardus: Sacramentum hoc magnum venerandù,
non scrutandum, quomodo pluralitas sit in unitate &
unitas in pluralitate. Scrutari hoc temeritas est. cre-
dere pietas, nosce verò vita æterna. Hæc personarum
pluralitas ut distinctè cognoscatur, agendum 1. De vo-
cabulo Personæ. 2. De numero personarum divinarù,
3. De earundem tum ab essentia divina, tum à se invi-
cem distinctione.

XLII. *Persona vocabulum* hic non significat externù
habitum scenicum, nec certi muneris respectum; sed in-
dividuum intelligens designat. Estq; hic *Persona sive*
ipsius aoris substantia intelligens, individua, incommunicabilis,
non pars alterius, neq; ab alio sustentata.

XLIII. Deinde *Tres esse Personas Divinitatis*, non plu-
res, nec pauciores, firmissimè confirmatur. 1. Ex 1. Joh:
5. 7. Tres sunt, qui testificantur in Cœlo, Pater, Sermo,
& Spiritus sanctus, & hi tres (*non unus*) sed unum sunt.
Hic perspicuè numerus ternarius personarum Deitatis
exprimitur. 1. Tres expressè nominantur, unde Tri-
nitatis vocabulum deducitur. 2. Trium personarum
distinctis

distinctio & ordo apertè indicatur, ex tribus nominibus proprijs, & distincta trium enumeratione, quibus actio testandi personæ propria tribuitur. 3. Earundem trium personarum ratione essentiæ unitas siue *ὁμοῦσία* clarissime nonstratur. 2. Illustris est locus Joh: 5, 26. *Quum venerit, inquit filius Dei, advocatus ille, quem ego mitto tam vobis à patre, Spiritus, inquam ille veritatis, qui à patre emanat, ille testabitur de me.* Conf: Esa: 63, 7, 9, 10. 1. Cor: 12, 4, 5, 6. 3. patet id luculentissimè ex *θεοπατρία* in Baptismo Christi, ubi apparuit Pater in voce, filius in homine, Spiritus sanctus in Columba, Mat: 3, 16, 17.

XLIV. *Patrem esse verè subsistentem Personam & sumum atq; æternum DEUM,* omnes non tantùm hæretici sed etiam Judæi & Turcæ confitentur. *Filium esse 1. Verè subsistentem Personam,* evincit ejus incarnatio, natiuitas, opera, passio &c. 2. *Sumum & æternum DEUM,* testatur Apostolus, asserens, quod sit Deus benedictus in secula. Rom: 9, 5. Est DEUS verus & vita æterna, 1. Joh: 5, 20. Deindè nomen Dei æterni proprium & essentiæ e, Christo in S,ra tribuitur. Jer: 23, 6. Dicitur Jehova justitia nostra. Conf. 1. Cor: 10, 9. Num: 14, 11. c. 21, 6. Deniq; adde quod cultu religioso soli Deo æterno proprio etiam ab Angelis adoretur. Heb: 1, 6. phil: 2, 10, 11. Rom: 14, 11. Jubemur in Christum credere, Joh: 3, 16. c. 6, 40. In ejus nomine Baptizari, Mat: h: 28, 19. Act: 2, 38. Ergò Christus siue filius est æternus D E U S.

XLV, *Spiritum Sanctum esse 1. Verè subsistentem Personam,* patet, quia docet, Joh: 14, 26. testatur, c. 15, 26. arguit, loquitur, C. 16, 8, 13. inte recedit pro nobis, Rom: 8, 26. præficit rectores gubernandæ Ecclesiæ, Act: 20, 28. 2. *Esse sumum & æternum DEUM,* quia Deus appellatur Act: 5, 3, 4. 1. Cor: 3, 16. Est unum cum Patre & Filio 1. Joh: 5, 7. Est

221
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

Spiritus æternus, Heb: 9, 14. Omnis sapiens, 1, Cor: 2, 10. ipsi
tribuitur Creatio, psal: 33, 6. Justificatio, 1, Cor: 6, 11. De
niq; cultu verè divino honoratur. Credimus non so
lum in DEum Patrem, & Filium, sed & in Spiritum
sanctum. In ejus nomine baptizamur, Matt: 28, 19. Et
gò Spiritus sanctus est summus & æternus DEUS.

XLVI. Personæ divinitatis, si *Conjunctim* sumantur, ab
essentia divina prorsus nihil differunt, *Seorsim* verò & si
gillatim sumptâ personâ qualibet, differunt persona &
essentiâ non quidè realiter, sed ratione & formalitèr.
Alia namq; est descriptio personæ, alia essentiæ divinæ.
Essentia est comunicabilis, persona verò alteri personæ
est incomunicabilis: Essentia Dei esse tribus personis
comune indicat: At persona modû subsistendi declarat.

XLVII. Inter se invicem si conferantur personæ di
vinitatis, differunt *non essentialitèr*, quia una est essentia
divina; *non accidentalitèr*, quia in Deum nullum cadit
accidens; *nec tantum intentionalitèr*, sive sola mentis cõ
sideratione, ut Noëtiani putarunt, *sed verè & realitèr*
sunt distincta, ita ut personales proprietates oppositæ
reale illud discrimen nobis exhibeant, unde & discrimen
personale rectè vocatur.

XLVIII. *Proprietas personalis Patris est*, à nullo esse, sed
ab æterno genuisse *ὁμοούσιον ἡγὶ ὁμοούσιον* filium, est à se
ipso Deus, carens non tantum omni origine, sed & pro
ductionis modo. *Proprietas Personalis filij est*, ab æterno à
Patre, patri *ὁμοούσιον ἡγὶ ὁμοούσιον* esse genitum. Est
hæc filij generatio, comunicatio essentiæ, non personæ;
siquidem pater comunicando totam essentiam suam,
non verò personam comunicando, gignit non distin
ctam essentiam, sed personam distinctam. psal: 2, 7. Joh:
1, 18. Ad Eph: 1, 3. Hæc filij generatio est ineffabilis Esa:

§3, 8. Unde Basiliius : generatio filij proferus **silencio** ho-
noranda est: nec dicas quando; nec quæras, quomodo?
quia impossibilis est responso. *Proprietates Personalis Spi-
ritus sancti*, qua à Patre & Filio discernitur, est à patre &
filio procedere seu spirari. Job: 15, 26. Dicitur Spiritus
labiorum CHRISTI, Esa: 11, 4.

XLIX. Licet opera Trinitatis ad extra ubi absolute
considerantur, toti Trinitati sine discrimine tribuan-
tur, atq; sic sint indivisa & communia; tamen si relate
spe dentur, consideranda est cujusq; personæ proprie-
tas, & attendendum quo ordine personæ agant. Atq;
sic Patri assignatur Creatio, Filio tribuitur Redemptio,
Spiritu S. Sanctificatio. Ordine etiã agendi inuit Apost:
Rom: 11, 30, inqens: *Ex illo*, 12. *Patre*, *per illum*, 12. *Filium*,
In illo, 12. Spiritu S. sunt omnia; ipsi sit gloria in secula.

L. Hisce ita explicatis, singularum personarum de-
scriptiones facile formari possunt. *Pater est prima Perso-
na* divinitatis, quæ à nullo est, sed ab æterno genuit fili-
um imaginem sui, Creans, conservans & gubernans om-
nia cum filio & Spiritu S. atq; mittens filium redems-
ptorem, & Spiritum sanctificatorem. *Filius est secunda
Persona* divinitatis non facta & creata, sed genita à Patre
ab æterno. imago & splendor gloriæ ejus, per quam in
Spiritu S. omnia creavit & conservat, & quæ in tempo-
ris plenitudine assumpsit humanam naturã, ut esset un-
Christus & redemptor ac mediator generis humani &
Spiritus S. est Tertia Persona divinitatis, non creata, non
genita, sed à patre & filio sine omni separatione modo
ineffabili ab æterno procedens, in qua pater per filium
omnia creavit & sustentat, & quæ à patre ac filio missa
est visibili specie super Apostolos, atq; invisibiliter
etiam mittitur in corda hominum, ut ea regeneret
& sanctificet per verbum & Sacramenta.

Ornatissimo DOMINO,
HENRICO KOSCKMANNO.
De DEO, Publicè, piè & doctè Disputanti,
Discipulo & Amico suo dilecto.

Nosce DEum, & benè posse mori, Sapientia summa est
Horum, Stultitia est, negliere alterutrum.
Ne dubites KOSCKMANNÈ DEus. benedicet abundè
His studijs, ejus gloria, dum asseritur.
Sana doces, vera incutias, Sacer ut tibi textus.
Monstrat, & hunc quondam, ceu explicuere Patres,
HENRICE et KOSCKMAN, rapidi Vir fluminis arte,
Diras abstergens, eluvione strophas.

Honoris & Amoris Ergò L. M. q;
ÆSCHILLUS PETRÆUS D.

HENRICUS sanctus coelesti nec stare pascens
Errantes Fennos, tempore ritè suo,
Nunc æterna videt cum CHRISTO juba lætus
Regni Coelestis, pro pietate suâ,
Ipsius vitæ dum insistis Sympatriota,
Candidus es, meritò nomen ejusq; tenes.
Unde tibi cum Sancto HENRICO Fautor amande,
Supremum Numen premia digna dabit.

Hæc Amico amando animitis approperabat,
HENRICUS SIGFRIDUS
Siundo:nsis.

3. 14. v. utrumque ut fo. bar. 1772.

Henr